AUGUSTINUS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 220r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

legis operatio ac per hoc sicut lex non
euacuatur sed statuitur per fidem quia
fides impetrat gratiam qua lex im
pleatur. Et liberum arbitrium non
euacuatur per gratiam sed statuitur quia
gratia sanat uoluntatem qua iustitiam
libere diligatur omnia haec quaeue
lut catenata in conexui habent uoces
suas in scripturis sanctis. Lex dicit non con
cupiscas. fides dicit. sana animam
meam quia peccauti tibi. Gratia dicit
ecce sanus factus es iam noli peccare
ne quid tibi deterius contingat. Sa
nitas dicit domine miserere exclamauimus ad
te et sanctifica me. Liberum arbitrium
dicit uoluntarie sacrificabo tibi.
Dilectio iustitiae dicit. Narrauerunt mihi
iniusti delectationes tuas sed non sicut
lex tua domine. Ut quid ergo miseri ho
mines aut de libero arbitrio audent
superbire antequam liberentur aut de suis
uiribus sibi liberatis. Hoc adtendunt